



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvniwm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XLIII. Votum. vide Suffragium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

Limitat etiam hanc regulam Gail. 2. *obs. 93. n. 4. & seq. in matrim. per c. 1. de spons. impub. l. non cogitur. 28. de rit. nupt. nec filium C. de nupt. sublimitat item quoad reverentialem parentum metum. idem d. loc. n. 22. interim tamen voluntas coacta in male functis à peccato vel à poena peccati non excusabit. c. imprimis 72. q. 1. cap. item ne 24. q. 1. ubi dicitur, quod quis debeat omnia mala pati, quam malo consentire, Panormitan. *consil. 4.* jus enim conditionale non tollit consensum. *cap. majores 3. de baptismo cap. merit 1. 15. q. 1. l. si mulier ff. quod met. caus.* Exemplum vid. in *c. sacris. quod met. caus.* Ubi communitas excommunicata per metum incidit in poenam excommunicationis, sic ut ille, qui communicat sponte, qualicet metus culpam attenuet, eam tamen prorsus non excludit, *d. c. sacris.* ubi Panorm. Veram ergo Regulam esse de rigore juris, simpliciter autem consideratam extraneas compulsionem latus positam potius pro voluntate reputandam esse *per l. 1. ibi. quos noluerit. si quis aliquem testari prohib. concludit Pac. 2. evart. 67. & Cujac. 16. obs. 40.**

XXXX.

Voluntas ultima deambulatoria est usque ad mortem. *l. 4. ff. de adimend. legat. l. cum hic status. 32. §. ait oratio. 16. ff. de donat. inter virum & uxorem. cap. cum Martbe 6. vers. cateram. de celebrat. Missar. Pintel. in rub. C. de rescind. vendit. p. 1. cap. 3. n. 24. Menoch. *consil. 329. n. 6. Gutier. de juram. confirm. p. 2. c. 1. à num. 1. Pichard. ad §. posteriore. n. 9. Instit. quibus modis testam. infirm. & ad princ. Instit. de adempt. legat. n. 9. & 23. Card. Seraphin. Rot. a decif. 296. num. 4. Cardos. in praxi Judicum. verb. testamentum. n. 67. Carpz. P. 3. *Constit. 2. Defin. 11. n. 3. & P. 2. Constit. 43. Defin. 10. n. 5. Joh. Mar. Novar. quest. forens. l. 1. q. 68. n. 8.* declarat axioma procedere in actibus respondentibus ultimæ voluntati, & qui non nisi in ultima voluntate fieri possunt, secus in aliis, ut in remissione delicti in testamento concessa, quam testator ad bonam valetudinem rediens revocare non potest.**

XXXVI.

Voluntas morte extinguitur, *l. 4. ff. locati. l. cum hic status. 32. §. fin. ff. de donat. inter virum & uxorem. l. uxorem. 41. §. Scavola 13. de legat. 3. l. mandatum 15. C. mand. cap. si gratiose. §. de rescript. in 6. Vital. de Camban. in tract. clausul. pag. mibi 56. n. 5. Francisc. Molin. de ritu nuptiar. lib. 3. q. 14. n. 7. Gozadin. *consil. 22. n. 10. Gail. 2.**

*obs. 60. n. 5. Bart. in l. more. §. 17. ff. de jurisdict. Socin. jun. *consil. 63. n. 12. Capyc. decif. 121. n. 6. Francisc. Marc. decif. 513. n. 1. p. 1. Covar. 3. var. Resol. cap. 15. n. 2. Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 6. num. 44.* hinc, quando voluntati alicujus relinquitur actus, tunc ipse vivus ad eum non potest compelli, sed mortuo eo heredes ejus.*

CAP. XLIII. Votum. vide Suffragium.

Axioma I.

Votum in melius mutans illud frangere non dicitur. *c. pervenit. extr. de jurejur. cap. scriptura 4. extr. de vot. & vot. redempt. mutari enim illud posse, text. est in cap. magna 7. extr. eod. cum in omni voto majoris auctoritas intelligatur excepta, unde D. Paulus, qui voverat se iturum ad Hispanos, superioris suum consilium mutavit. cap. beatus. 22. q. 2. nec est dicendus voti transgressor, qui illud ex justa causa adimplere distulerit cap. non est extr. de vot. & cap. quod super. 8. eod. Bart. Brixienf. in quest. dominical. q. 39. n. 1. & 2. ac proinde in mutatione voti qualitas votantis & causa mutationis considerari debet. c. 1. cap. magna 7. extr. eod.*

II.

Vota non sunt numeranda, sed ponderanda. Hinc præses curiæ quandoque id, quod à saniore licet minore parte decretum est, executioni mandare. Sed ob evitandas discordias contrarium hodie praticatur. *Perez. C. de Decret. Decur. n. 4.*

III.

In colligendo numero votorum absentium, legitime tamen vocatorum & agrotorum, non habetur ratio. *Brunnem. ad l. ult. C. de legation.*

IV.

Is, qui præsidet concilio, suffragium non habet, sed officio ejus incumbit, ut assistat, audiat, dirigat & exequatur. Si autem vota in partes numero æquales divisa sint, poterit Iudex æquiori sententiæ adherere, *Perez. C. de Decret. Decur. num. 2.*

V.

Olim in municipiis primarius sententiam suam primo loco dicebat *l. 6. §. fin. de Decur. Idem & hodie obtinet.* At in supremis curiis sine ordine vota rogantur, prout quisque relatori proximus assidet. Imò quandoque juniores sententiam prius proferunt, idque vivâ voce, nervosè & breviter, sicut olim senatores Romæ. Inferiores Magistratus in causis majoris momenti sententias & vota sua in scriptis proferebant, in levioribus vivâ voce. *Perez. C. de Decret. Decur. num. 2.*

VI.

Vovere est voluntarium, sed adimplere necessarium, *c. licet 6. extr. de vot. siquidem debet fieri cum deliberatione cap. viduis. 27. q. 1. ac proinde*

(Mm)

de

de, ale votum cum deliberatione sive voce exprimitur, sive non. apud DEUM obligat. *cap. qui bona 17. q. 1.*

VII.

Vovere nunquam, melius est, quam votum non perficere, *cap. scimus 22. q. 1.* votum ergo antequam faciamus, considerare debemus, quid liceat, quid debeat, quid expediat. *cap. magna 7. extr. eod.* cum votum de bono servari debeat, *cap. sunt quadam 17. q. 1.* ac me ad id, quod in me est, votum meum obliget, *c. quidam 3. extr. de convers. conjug.*

Limita (1.) nisi votum fiat ante 14. annum, tum enim non obligat, quia facilitate potius sit, quam ex arbitrio discretionis, *cap. venientis 2. extr. eod. cap. ad nostrum 8. c. significatum 11. extr. de Regular. vel (2.) si ex timore voveat, quo casu nec tum obligatur. cap. veniens 5. extr. qui clerici vel vovent. nisi quando votum metu contractum patientiam sequentis temporis sit validum, c. ult. extr. de vot. vel (3.) si vota stulta essent, vel incauta, cum frangenda potius sint, quam servanda. *cap. non pejerabis 22. q. 4. per tot.* qua de causa nec votum dementis obligare dicitur, *cap. sicut 11. extr. de Regular.* ac proinde generaliter votum de malo rescindi debet. *cap. in malis 22. qu. 44. cap. una sola 33. q. 5.**

VIII.

Votum simplex non dirimit contractum matrimonium, *cap. meminimus 3. c. veniens 5. extr. qui Cleric. vel vovent.* impedit tamen contrahendum *cap. consuluit 4. cap. pen. extr. eod. c. non 17. quest. 2.*

IX.

Voventibus non solum facere, sed etiam velle, damnabile est. *cap. voventibus 17. q. 1. c. voventibus 4. dist. 27.*

X.

Votum pro parte tenet, pro parte non tenet, *cap. quidam 3. cap. placet. 12. extr. de vot.*

XI.

Quicumque contrahere non potest, ille nec potest vovere, & quousque quis potest contrahere, eousque potest vovere. Quia perinde ex voto, uti ex contractu, aliquis obligatur. Infantes igitur & furiosi vovere nequeunt, sicut nec illi, qui aliorum potestati subsumunt, v.g. filius, servus, uxor, *l. 2. ff. de pollicit.* quatenus scilicet horum vota officiant iuribus superiorum. Conf. Brunnem. ad d. l. 2. ff. de pollicit.

CAP. XLIV.

Urbanitas.

Ex urbanitate quæ competunt, non inducunt obligationem, *l. crediores 3. ibig. gloss. C. de pign. Facian. 1. conf. 18. n. 87.*

CAP. XLV.

Usucapio vid. Præscriptio. Bona Fides. Vitium.

Axioma I.

Quicumque aptus est ad dominium acquirendum, aptus quoque est ad usucapiendum. Quia

usucapio est adjectio domini; unde regula tortæ non plus intelligi præscriptum, quam fuit potestum. Ita ergo tam paterfamilias, quam filiusfamilias usucapere possunt; etiam pupillus si infantiā major sit, & ita animum possidendi habeat. *l. 32. §. 2. de acquir. poss. Conf. Zois. ad ff. de usu. cap. n. 5. seqq.*

II.

Quoties error circa dominii acquisitionem, oritur ex facto alieno, toties usucapioni non obstat. Quia facti alieni ignorantia est probabilis *l. 31. pr. ff. b. t.* ita si heres mihi rem tradat quasi legatam, *l. 4. §. 2. ff. pro suo.* si quis peritus sit, dominium suo mandato esse emptum *l. 11. ff. pro empt.* poterunt hæc res usucapi. Aliud exemplum est in *l. 2. pr. ff. eod.*

III.

Quodcumque defunctus non potuit usucapere, illud nec potest heres. Quia heres, etiam si ignoret, rem esse alienam, succedit tamen in viria defuncti, cuius personam repræsentat *l. 11. ff. de divers. temp. præscr.* exemplo est res commodata vel deposita in hereditate forsan reperta.

Limita: (1.) ut ne quidem ex sua personâ possit usucapere heres. Conf. Zois. ad ff. b. t. n. 62. (2.) ut tamen hæredis heres possit usucapere, quia iura in unâ re duas fisiones detrahantur. Brunnem. ad Autb. mala fidei. C. de præscr. long. temp.

IV.

Quoties quis ex parte præsens, & ex parte absens fuit, toties vel dimidium annorum absentie adiciatur annis præsentie, & computetur decennium; vel anni præsentie duplicati adiciantur annis absentie, & computetur vicennium. Ita si quis septem annis præsens, sex verò absens fuerit, dimidium sex annorum adiciatur septem annis præsentie, & ita adest decennium; vel septem anni præsentie duplicati (ut XIV. evadant) addantur sex annis absentie, & ita habebis vicennium.

V.

Quoties denunciatio, rem esse alienam, fit ante contractum, toties impedit usucapionem *l. 17. C. de R. V.* quia denunciatio malam fidem inducit. Ita ergo si Dominus denunciaverit emptorine emeret, exclusa erit usucapio.

CAP. XLVI.

Usura.

Axioma I.

Usura est crimen. *c. qui in omnibus 3. de usur.* ut apparet ex ordine titulorum & rubricarum in decretalibus, cum post titulum de furtis immediate situatus sit titulus de usuris, hinc qui usuram accipit, rapinam facere dicitur, in *c. si quis 14. qu. 4.* nec majus reperiri malum, quam sit usura, perhibent Johan. Andr. in *cap. peccatum de R. l.* in 6. Joh. de Anania in *cap. 1. de usur. in fin.* & Robert. Marant. *quæst. legal. disputat. 5. num. 18.* qua de causa & in foro conscientie omnes usuræ, quæ proximum aggravant, illicitas esse, adeoque eas ut pestem Reip. exterminandas indistincte